



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 92. Scriptores Ecclesiastici Catholici hoc anno defuncti, eorumque opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. cano nominati semper præferrentur
 A. C. 1722. tiam habentibus *Primarias*, ut vocantur
Preces Regales & Imperiales. Quamvis hoc privilegium tam Imperatorum confirmatione, quam constanti Academiae usu fuisset stabilitum, nihilominus tamen dum anno priori in Ecclesia Thorense Canonicatus & Præbenda Mensis Novembri vacaret, præfatum Capitulum Thorense Leodiensis Diœcesis non egit, ut Academicum a Decano nominatum Canonicatu & Præbenda spoliaret, & Jacobum Delree Primariis precibus munitum intruderet. Hæc controversia ad Romanum Tribunal devolvitur, erigitur ad examinandum Academiae privilegium Congregatio, cujus judicio nominati a Lovaniensi Decano *Precibus Imperialibus* præferrentur censentur.

§. XCII.

Scriptores Ecclesiastici hoc anno mortui, eorum opera.

Holb. Hist. Eccl. t. 4. pag. 386. Journal des Sçavans 1722. Bibl. Franc. t. 1.

Paucos ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno denatis adjungere laboris quorum lucubrationes posteris relictæ eorum memoriam commendarunt. In his primus occurrit Josephus Lambertus Sorbonæ Doctor, inde vero ob obstinaciam, qua Pontificiæ Constitutioni

tioni sese opposuerat, ejectus. Scripsit Sæc. XVIII.
 instructiones succinctas & familiares in A. C. 1722.
Evangelia Dominicalia, modum in-

struendi pauperes, Sanctorum insti-
 tuta, loca concitandis animis magis
 opportuna ex Psalmis, instructiones in
 Decalogum, casus conscientiae, & epi-
 stolas Polemicas. II. Andreas Dacier,
 qui ejurata hæresi ad finem Ecclesiæ
 reversus in uxorem duxerat Annam
 Le Fevre celebris Tanaqueli Filiam,
 quæ editis pluribus libris, Græci lati-
 nique idiomatis peritia, ac sanæ ori-
 leos arte insignis inter Academicos Pa-
 tavinos locum, & a Rege Ludovico XIV.
 annum eruditionis stipendium prome-
 ruit, defuncta Parisiis anno priori die
 decima septima Augusti. Andreas vero
 ejus Maritus notis atque interpretatione
 latina illustravit S. Anastasii Sinaitæ
 anagogicas contemplationes in Hexa-
 meron Libris XII. Edidit etiam re-
 flexiones morales Marci Antonini Im-
 peratoris cum notis, Manuale Epicteti
 unacum quinque tractatibus Simplicii
 de præcipuis argumentis circa mores &
 religionem, Vitas Virorum Illustrum
 Plutarchi, dissertationem de origine
 Satyrarum, Dilucidationes Historicas,
 & plurima alia. III. Bernardinus ab
 Angelis Carmelita Discalceatus scripsit
 opus Theologicum morale, mysticum,
 Ff 3 dog-

Sæc. XVIII. dogmaticum, & Catechisticum juxta
 A. C. 1722. mentem S. Doctoris Thomæ Aquinatis

IV. Ludovicus Gerardus de Cordemoy
 Sorbonæ Doctor ex Ordine Cisterciensium
 edidit Methodum, qua Patres in pertractandis
 mysteriis usi sunt, relationem colloquii Lutheri
 cum Diabolo, Historiam Franciæ, literas novorum
 Catholicorum in Insula Arvetana contra Jurieum,
 epistolam cujusdam Abbatum vocati ad Filium
 suum in Angliam profugum contra Systema
 Juriei, Tractatum de invocatione Sanctorum
 & de Eucharistia & contra Socinianos, æternitatem
 inferni, desideria Cæli, varii tractatus & literas
 polemicas, tractatum de infallibilitate Ecclesiæ
 & sancti Imaginibus, SS. Reliquiis, & devotione
 S. Cordis & Matris Dei.

§. XCIII.

*Scriptorum A catholicorum opera
 & obitus.*

Ex A catholicis Scriptoribus recentioribus
 merentur. I. Henricus Pippin qui scripsit
 dissertationem de curia novitatis studio,
 de Saule per Muscoviam erecto, memorias
 Theologorum, de triplici corona Romani Pontificis,
 & alia multa.